

P. OVIDII NASONIS
METAMORPHOSES

P. OVIDIO NASONE
METAMORFOSI

Iam nitidum retegente diem noctisque fugante
tempora Lucifero cadit Eurus et umida surgunt
nubila: dant placidi cursum redeuntibus Austri
Aeacidis Cephaloque, quibus feliciter acti
5 ante exspectatum portus tenuere petitos.

Interea Minos Lelegeia litora uastat
praetemptatque sui uires Mauortis in urbe
Alcathoi, quam Nisus habet, cui splendidus ostro
inter honoratos medioque in uertice canos
10 crinis inhaerebat, magni fiducia regni.
sexta resurgebant orientis cornua lunae
et pendebat adhuc belli fortuna diuque
inter utrumque uolat dubiis Victoria pennis.
regia turris erat uocalibus addita muris,
15 in quibus auratam proles Letoia fertur
deposuisse lyram: saxo sonus eius inhaesit.

1-104. Urb MN(S)U BFGLP

4. *actis* Urb M^{ac}N^{ac} G 5. *exspectatum*: *consp*- M^l: *spectatis* Urb^{ac}: *spectatos*
N: *spectatum* Urb^{2c} U^{3c} (F^{ac})L 7. *pretereaque* Urb^{ac} M^{ac}(N^{ac}) | *urbem* L
(Bothe) 9. *-que in* Urb^l M: *sub* NU: *de* Urb^{2v} Σ 13. *uolat*: *uagat* M^l
14. *uocalibus*: *reg*- N^lU^{ac} 16. *eius inhaesit*: *haesit in illo* χ

Già Lucifero reca il giorno scacciando il tempo
notturno, l'Euro cade e si levano nubi piovose:
un placido Austro asseconda la via del ritorno a Cefalo
e ai figli di Eaco e li sospinge, e quelli, felicemente,
5 prima del previsto, toccano il porto a cui sono diretti.

Intanto Minosse devasta le coste dei Lelegi, <
e assaggia le forze del suo esercito contro la città di Alcatoo, <
su cui regna Niso. Questi, tra i bianchi venerandi <
capelli, al centro del capo, aveva un capello di splendido
10 rosso, da cui dipendeva la sorte del suo grande regno.
Sorgevano ormai le corna della sesta luna, la sorte
della guerra era ancora incerta, la Vittoria continuava
a volare con ali indecise dagli uni agli altri.
C'era una torre del re, aggiunta alle mura sonanti, <
15 sulle quali si dice che il figlio di Latona posasse l'aurea
cetra: il suo suono era rimasto attaccato alla pietra.

saepe illuc solita est ascendere filia Nisi
 et petere exiguo resonantia saxa lapillo,
 tum cum pax esset; bello quoque saepe solebat
 20 spectare ex illa rigidi certamina Martis.
 iamque mora belli procerum quoque nomina norat
 armaque equosque habitusque Cydoneasque pharetras.
 nouerat ante alios faciem ducis Europaei,
 plus etiam quam nosse sat est. hac iudice Minos,
 25 seu caput abdiderat cristata casside pennis,
 in galea formosus erat; seu sumpserat aere
 fulgentem clipeum, clipeum sumpsisse decebat;
 torserat adductis hastilia lenta lacertis,
 laudabat uirgo iunctam cum uiribus artem;
 30 imposito calamo patulos sinuauerat arcus,
 sic Phoebum sumptis iurabat stare sagittis;
 cum uero faciem dempto nudauerat aere
 purpureusque albi stratis insignia pictis
 terga premebat equi spumantiaque ora regebat,
 35 uix sua, uix sanae uirgo Niseia compos
 mentis erat: felix iaculum quod tangeret ille,
 quaeque manu premeret felicia frena uocabat.
 impetus est illi, liceat modo, ferre per agmen
 uirgineos hostile gradus, est impetus illi
 40 turribus e summis in Cnosia mittere corpus
 castra uel aeratas hosti recludere portas,
 uel si quid Minos aliud uelit. utque sedebat
 candida Dictaei spectans tentoria regis,
 «laeter» ait «doleamne geri lacrimabile bellum

19. *bellum* N¹U (B^{ac}) | *saepe*: *turre* N(U^{ac}) 21. *moras* Urb^{c?} (M^{ac})N^{c?}
 22. *equosque habitusque*: *equosque habitus* N P: *equosque uirosque* Urb: *equos*
habitus U 26. *auro* p₂ (Heinsius) 29. *artem*: *astam* B (sc. *iactam* pro
iunctam?) 30. *imposito calamo*: *-is -is* Urb B^{2c}GP: *-us -us* L^c

Qui spesso era solita salire la figlia di Niso
 e percuotere i sassi sonori con piccolo sasso – questo,
 almeno, in tempo di pace. Ma anche in guerra soleva
 20 osservare di là gli scontri di Marte spietato.
 Durando la guerra tanto a lungo, aveva imparato anche i nomi
 dei capi, e le armi, i cavalli, il portamento, le faretre cretesi.
 Conosceva sopra tutti l'aspetto del capo supremo,
 figlio di Europa, e più di quanto occorreva. A suo dire
 25 Minosse, se celava la testa sotto un elmo chiomato, <
 con l'elmo era bello; se aveva uno scudo
 lucido di bronzo, stava bene con lo scudo;
 scagliava il flessibile giavelotto con forza di braccio:
 la fanciulla lodava l'abilità unita alla forza;
 30 incoccata la freccia tendeva il grande arco: proprio
 così, era pronta a giurare, stava Febo quando tirava;
 se poi si toglieva l'elmo di bronzo restando a viso scoperto,
 e avvolto in un manto purpureo cavalcava
 la giuldrappa colorata d'un bianco cavallo e guidava
 35 la bocca spumante, allora a stento, a stento la figlia di Niso
 non perdeva la testa: diceva felice la lancia
 che quello toccava, felici le briglie che in mano teneva.
 Provava l'impulso, se avesse potuto, di avventurarsi,
 lei fanciulla, tra le schiere nemiche, l'impulso di gettarsi
 40 dalla cima della torre nell'accampamento cretese,
 o aprire al nemico le porte di bronzo, o cos'altro
 Minosse voleva. E mentre sedeva a guardare
 la candida tenda del re ditteo, «Devo gioire?» disse
 «o dolermi che si faccia questa guerra penosa? <

- 45 in dubio est: doleo quod Minos hostis amanti est
sed, nisi bella forent, numquam mihi cognitus esset.
me tamen accepta poterat deponere bellum
obside: me comitem, me pacis pignus haberet.
si quae te peperit talis, pulcherrime rerum,
50 qualis es, ipsa fuit, merito deus arsit in illa.
o ego ter felix, si pennis lapsa per auras
Cnosiaci possem castris insistere regis
fassaque me flammasque meas qua dote rogare
uellet emi! tantum patrias ne posceret arces:
55 nam pereant potius sperata cubilia, quam sim
proditione potens – quamuis saepe utile multis
uictoris placidi fecit clementia uinci.
iusta gerit certe pro nato bella perempto
et causaque ualet causamque tenentibus armis
60 et, puto, uincemur. qui si manet exitus urbem,
cur suus haec illi reseret mea moenia Mauors
et non noster amor? melius sine caede moraque
impensaque sui poterit superare cruoris.
non metuam certe ne quis tua pectora, Minos,
65 uulneret imprudens: quis enim tam durus ut in te
derigere immitem non inscius audeat hastam?
coepta placent et stat sententia tradere mecum

46. *numquid* L (Heinsius) 49. *peperit*: *genuit* P | *rerum* U^{ac} (G^{ac}) g¹ (cf. Ars I 213): *regum* Ω 50. *ipsa*: *ipse* U^{ac} GP 53. *rogare* Reeve: *-rem* Ω 56-7. *multis ... uinci* Kenney: *uinci ... multis* Ω (*mentis* Urb¹): *uinci ... uictis* Riese: *uinci ... uictis* Reeve 58. *certe*: *placidus* (ex 57) M^{ac}: *placido* Urb¹ 59. *uersum* scripsit N³ in ras. | *et* Urb¹ (ut uid.): *e//* M^c: *atque* P^c: *in* Ω (N^{3c}U^{2c}) | *causaque*: *causasque* Urb^{ac} (M^{ac}): *causa//* P^c | *tenentibus* (cf. XIII 190) Urb¹ M^{ac}(S) BFL: *tuentibus* Urb^{2c} M^{2c}N^{3c}U GP 60. *et*: *ut* M^cU^{3c} F^{2c}G: *at* Markland ad Stat. Silu. Epist. ad Stell. | *qui si* (Urb^{ac}) P: *quod si* φ: *quis enim* Ω 61. *reseret mea*: *reserat mea* Urb¹ (M^{ac})(N^{ac}): *reserabit* χ (*reserarit* Heinsius) 63. *incessaque* Urb¹ M^{ac} | *suum* M^{ac} | *cruorem* Urb¹ (M^{ac}) 64. *non metuam*: *nam metuo* N^cU P 65. *tam*: *modo* Urb¹ (M^{ac})N 66. *non inscius*: *nisi inscius* h^v χ: *nisi nescius* χ (Heinsius) 67. *secum* M^{ac} (de Urb n. l.), cf. IX 517

- 45 Sono incerta: mi duole che Minosse sia nemico e io lo ami;
ma, senza la guerra, l'avrei mai conosciuto?
Se però mi prendeva in ostaggio, poteva por fine
alla guerra: io gli sarei compagna, io pegno di pace!
Se colei che ti ha partorito era bella quanto tu lo sei,
50 o stupendo, giustamente un dio se ne innamorò.
O tre volte felice se, scivolando per l'aria con le ali,
potessi planare sul campo del re di Cnosso,
confessargli tutto il mio amore, chiedergli quale dote
pretenda! Purché non chieda le patrie mura.
55 Vadano alla malora le sospirate nozze, piuttosto
ch'io prevalga col tradimento. Sebbene spesso a molti
ha giovato esser vinti da un nemico mite e clemente.
Giusta è di certo la guerra che muove per via del figlio ucciso,
la causa è forte, forte l'esercito che la sostiene:
60 credo che vincerà. Ma se è segnata la sorte della città,
perché a dischiudergli le mie porte deve essere il suo Marte,
e non invece il mio amore? Meglio che vinca
senza strage, senza indugio, senza versare il suo sangue.
Finirà di temere che qualcuno ti ferisca al petto, Minosse,
65 senza volerlo: chi mai sarebbe tanto crudele da scagliare
una lancia maligna contro di te se non per errore?
L'idea mi piace, ho deciso di consegnarmi

dotalem patriam finemque imponere bello.
 uerum uelle parum est: aditus custodia seruat
 70 claustraque portarum genitor tenet; hunc ego solum
 infelix timeo, solus mea uota moratur.
 di facerent sine patre forem! sibi quisque profecto
 est deus; ignauis precibus Fortuna repugnat.
 altera iamdudum succensa cupidine tanto
 75 perdere gauderet quodcumque obstaret amori,
 et cur ulla foret me fortior? ire per ignes
 et gladios ausim; nec in hoc tamen ignibus ullis
 aut gladiis opus est, opus est mihi crine paterno.
 ille mihi est auro pretiosior, illa beatam
 80 purpura me uotique mei factura potentem».
 Talia dicenti curarum maxima nutrix
 nox interuenit tenebrisque audacia creuit.
 prima quies aderat, qua curis fessa diurnis
 pectora somnus habet; thalamos taciturna paternos
 85 intrat et (heu facinus!) fatali nata parentem
 crine suum spoliat praedaeque potita nefanda
 [fert secum spolium sceleris progressaque porta]
 per medios hostes (meriti fiducia tanta est)
 peruenit ad regem, quem sic adfata pauentem est:
 90 «suasit amor facinus: proles ego regia Nisi
 Scylla tibi trado patriaeque meosque Penates.
 praemia nulla peto nisi te: cape pignus amoris
 purpureum crinem nec me nunc tradere crinem,

73. est: fit Urb^v (cf. Verg. Aen. IX 185) 76. ulla: illa Urb^v U^c BP 77. nec:
 neque Urb^c B^{2c} | in hoc: hoc Urb^{ac} M^{ac} L: adhuc N^{2c} q: ad hoc G: nunc F^{2-3c}: om.
 B^{ac} 79. ille: illa Urb^v χ 85. fatali N^{2c} B^c FGL¹ Hygini fab. 198 et 'Lactantii'
 argumentum, crinem ... quo fata patriae continebantur: uitali Δ L^{2v} P 85-6.
 crine ... nata P 87. om. Urb^{ac} M^{ac} N^{ac}, del. Heinsius (adfert tamen Priscianus
 V 16) | spolium: pretium Bentley | celeris (S)U^{2c} GL Priscianus 90. regia: gloria
 Urb¹ M¹(N^{ac}) 91. patri(a)eque Urb M¹ (et M^{3c}) BFGL: -amque M^{2c}N: -osque
 U P

con la patria in dote, e così porre fine alla guerra. <
 Ma volere non basta. L'accesso è custodito,
 70 la chiave della porta la tiene mio padre. Lui solo temo,
 me infelice, lui solo ostacola i miei piani.
 Volessero gli dèi che non avessi padre! Eppure ciascuno
 è dio a sé stesso: la Fortuna odia le preghiere dei codardi.
 Un'altra, come me innamorata, da tempo avrebbe
 75 eliminato con gioia ogni ostacolo al proprio amore.
 E perché un'altra dovrebbe essere più coraggiosa di me?
 Oserei attraversare fuochi e spade; e qui non mi servono
 né fuochi né spade, mi serve il capello di mio padre.
 Quello è per me più prezioso dell'oro, quel capello
 80 di porpora mi farà felice e mi darà ciò che bramo».
 Mentre così parlava, cala la notte, suprema nutrice <
 di affanni, e con le tenebre l'audacia crebbe.
 Era iniziata la quiete, quando i petti stanchi delle cure
 del giorno s'abbandonano al sonno. Entra la figlia in silenzio
 85 nella stanza paterna e (ahi delitto!) toglie al padre
 il fatale capello, e impadronitasi dell'empia preda,
 [la porta con sé e varcata la porta]
 attraversati i nemici (tanto è sicura che sarà elogiata)
 giunge davanti al re. Lui inorridisce, lei gli dice:
 90 «L'ho fatto per amore! Io, Scilla, figlia regale di Niso,
 ti consegno la mia patria e i miei Penati. Non chiedo
 altro compenso all'infuori di te. Prendi, in pegno
 d'amore, il capello di porpora, e sappi che ti offro <

sed patrium tibi crede caput» scelerataque dextra
 95 munera porrexit. Minos porrecta refugit
 turbatusque noui respondit imagine facti:
 «di te submoueant, o nostri infamia saeculi,
 orbe suo, tellusque tibi pontusque negetur.
 certe ego non patiar Iouis incunabula, Creten,
 100 qui meus est orbis, tantum contingere monstrum».
 dixit et, ut leges captis iustissimus auctor
 hostibus imposuit, classis retinacula solui
 iussit et aeratas impelli remige puppes.

Scylla freto postquam deductas nare carinas
 105 nec praestare ducem sceleris sibi praemia uidit,
 consumptis precibus uiolentam transit in iram
 intendensque manus passis furibunda capillis
 «quo fugis» exclamat «meritorum auctore relicta,
 o patriae praelate meae, praelate parenti?
 110 quo fugis immitis, cuius uictoria nostrum
 et scelus et meritum est? nec te data munera nec te
 noster amor mouit nec quod spes omnis in unum
 te mea congesta est? nam quo deserta reuertar?
 in patriam? superata iacet. sed finge manere:
 115 prodicione mea clausa est mihi. patris ad ora,
 quem tibi donauit? ciues odere merentem,
 finitimi exemplum metuunt. obstruximus orbem

105-78. MN(S)U BFGLP

98. suo: tuo Urb¹ M¹(S): polus N | tellusque tibi pontusque: celumque tibi tellusque
 U: tellusque tibi celumque P 100. qui: que U^{2-3c} (Heinsius) 103. impelli
 Urb^{2v} χ: impleri Ω post 104 def. Urb 107. passis: fossis M¹: fuisis (S) o^{ri} χ:
 sparsis N^{2c}U^{2c} 115. ad: ob N^c(U^{ac}) P 116. quem: qu(a)e N^cU L^cP | manen-
 tem N^{ac}U 117. obstruximus orbem: exponimur orbe M¹ (unde orbae Bentley,
 orbi Heinsius): exponimus orbem N¹(S) (B^{ac}): seponimur orbe Tournier

non un capello, ma la testa stessa di mio padre!». E con
 95 mano scellerata porse il capello. Minosse lo respinse,
 e sconvolto alla vista di quel fatto inaudito rispose:
 «Che gli dèi ti scaccino dal loro mondo, o infamia
 del nostro tempo, e ti neghino sia la terra che il mare!
 Di certo non permetterò che Creta, che fu culla di Giove
 ed è il mio mondo, accolga un mostro così spaventoso».
 100 Disse, e, imposte le condizioni ai nemici arresi
 da giusto qual era, fece mollare gli ormeggi alla flotta
 e spingere le bronzee navi ai rematori.

Scilla, vedendo le navi ammarate riprendere il largo
 105 senza che il re la ricompensasse per il suo delitto,
 esaurite le preghiere fu presa da un'ira violenta,
 e tendendo le braccia, furibonda, i capelli scompigliati,
 «Dove fuggi» esclama, «lasciando colei che ti ha aiutato,
 tu che io ho anteposto alla patria, anteposto a mio padre?
 110 Dove fuggi, crudele, la cui vittoria è solo
 mio merito, è solo mia colpa? Non ti ha commosso
 il mio dono, non il mio amore, non che ho posto ogni
 speranza in te solo! Dove andrò adesso, abbandonata?
 Nella mia città? Giace prostrata. Ma poniamo
 115 che non lo sia: io l'ho tradita, mi è chiusa. Tornare
 dal padre che ti ho consegnato? I cittadini mi odiano,
 con ragione, i vicini temono quel che ho fatto: mi sono

terrarum, nobis ut Crete sola pateret.
 hac quoque si prohibes et nos, ingrata, relinquis,
 120 non genetrix Europa tibi est sed inhospita Syrtis,
 Armeniae tigres Austroque agitata Charybdis.
 nec Ioue tu natus nec mater imagine tauri
 ducta tua est; generis falsa est ea fabula: uerus
 [et ferus et captus nullius amore iuuencae]
 125 qui te progenuit taurus fuit. exige poenas,
 Nise pater! gaudete malis modo prodita nostris
 moenia! nam, fateor, merui et sum digna perire.
 sed tamen ex illis aliquis quos impia laesi
 me perimat. cur qui uicisti crimine nostro
 130 insequeris crimen? scelus hoc patriaeque patrique est,
 officium tibi sit. te uere coniuge digna est,
 quae toruum ligno decepit adultera taurum
 discordemque utero fetum tulit. ecquid ad aures
 perueniunt mea dicta tuas, an inania uenti
 135 uerba ferunt idemque tuas, ingrata, carinas?
 [iam iam Pasiphaen non est mirabile taurum
 praeposuisse tibi: tu plus feritatis habebas.]
 me miseram! properare iubet diuulsaque remis
 unda sonat mecumque simul mea terra recedit.
 140 nil agis, o frustra meritorum oblite meorum:
 insequar inuitum puppemque amplexa recuruam

118. post *nobis* dist. U P | *ut ... pateret: et ... -bat* Ehwald 119. *hac* N^{ac}U
 GLP: *banc* MN^{2c} BF 120. *est* om. P 121. *armeniae: -eque* NU: *-ue* B |
tigresque (h^{ac}), con. Ehwald 123. *ducta* M¹: *capta* N¹: *lusa* Ω | *generis: genetrix*
 M^{2c}U^{2v} FGP | *ea: et* N^{2s}U^{2s} F^cP: *illa* B^{ac} | *uerus* M^{ac}(S)(N^{ac})U G^{c2}: *uerum* M^cN^c
 BF^{ac} (*uera* F^{2c}) LP 124. del. Merkel 127. *nam: iam* φ 130. *patrique*
 M^{ac} F^{ac}: *patrisque* Ω | *est* M: om. Ω 131. *uere* P: *uero* Ω 133. *et quid*
 MN^{ac} B^{ac} 134. *tuas* om. M 134-5. *an ... tuas* om. N^{ac}: *an inania uenti* M^{2c}
 (in ras.) 135. om. M^{ac} 136-7. secl. Mendner 138. *iubet* Δ G: *iuuat*
 Σ | *diuulsaque* M¹NU¹ G: *diuisaque* M^{2s}U^{2v} Σ 139. *mecumque simul* NU GP:
mecum simul et B^{2c}F: *mecum simul ab* M^c (ba) L

preclusa l'universo, affinché la sola Creta mi si aprisse!
 Se mi neghi anche questa e, ingrato, m'abbandoni,
 110 non Europa è tua madre, ma la Sirte inospitale,
 e le tigri d'Armenia, e Cariddi sconvolta dall'Austro!
 Né sei tu figlio di Giove, Giove non rapì tua madre sotto forma
 di toro: è falsa la storia della tua nascita: fu un toro, un toro vero
 [feroce, mai preso d'amore per una giovenca]
 115 a generarti. Puniscimi, padre Niso!
 Godete della mia disgrazia, o mura appena tradite!
 Lo ammetto: sono degna di giusta morte.
 Ma sia qualcuno di quelli che io, empia, ho tradito
 a finirmi. Perché tu, che hai vinto per mia colpa, vuoi punire
 120 la mia colpa? Il mio è un crimine per la patria e per il padre,
 ma per te un aiuto! È davvero tua degna consorte
 colei che, adultera, ingannò col legno il torvo toro,
 e nel grembo portò il feto mostruoso. Ti arrivano
 forse alle orecchie le mie parole? O i venti portano via
 125 le mie vane parole e insieme, ingrato, le tue navi?
 [No davvero, non c'è da stupirsi se Pasifae ti ha
 preferito un toro: tu eri ancor più bestiale!]
 Me infelice! Ordina ai tuoi di affrettarsi, l'onda battuta dai remi
 risuona, io e la mia terra restiamo sempre più indietro!
 130 Ma non otterrai nulla, o tu che invano ti scordi del mio
 aiuto: ti inseguirò anche se non vuoi, stretta alla poppa

per freta longa trahar». uix dixerat, insilit undis
 consequiturque rates faciente cupidine uires
 Cnosiacaque haeret comes inuidiosa carinae.
 145 quam pater ut uidit (nam iam pendebat in aura
 et modo factus erat fuluis haliaetus alis),
 ibat ut haerentem rostro laceraret adunco.
 illa metu puppem dimisit et aura cadentem
 sustinuisse leuis, ne tangeret aequora, uisa est:
 150 †pluma fuit plumis† in auem mutata uocatur
 Ciris et a tonso est hoc nomen adepta capillo.
 Vota Ioui Minos taurorum corpora centum
 soluit, ut egressus ratibus Curetida terram
 contigit, et spoliis decorata est regia fixis.
 155 creuerat opprobrium generis foedumque patebat
 matris adulterium monstri nouitate biformis;
 destinat hunc Minos thalami remouere pudorem
 multiplicique domo caecisque includere tectis.
 Daedalos ingenio fabrae celeberrimus artis
 160 ponit opus turbatque notas et lumina flexa
 ducit in errorem uariarum ambage uiarum.
 non secus ac liquidis Phrygius Maeandros in undis
 ludit et ambiguo lapsu refluitque fluitque
 occurrensque sibi uenturas aspicit undas
 165 et nunc ad fontes, nunc ad mare uersus apertum
 incertas exercet aquas, ita Daedalus implet
 innumeras errore uias uixque ipse reuerti
 ad limen potuit: tanta est fallacia tecti.

145. *aura* B^c r^{lc} γ: *auris* (S) G: *auras* Ω 146. *erat*: *auis* P 148. *dimittit*
 P 150. *pluma fuit plumis* uix sanum: *spuma ruit plumis* Havet (possis *spuma fluit*
plumis, sed cf. 288 infra): *pluma subit palmis* Pulbrook (melius *palmas*?) 152.
corpora MN¹ B¹(F^v)G: *sanguine* U Σ 153. *ut* ε: *et* Ω 157. *thalami*: -o
 (M^{ac})N¹: -is U L 160. *lumina* (S) φ: *limina* Ω | *flexa* (sc. *ambage*, cf. Luc.
 I 637-8) ε: -um M^cN^c(S): -u Ω 162. *liquidus pbr(y/i)giis* BGL | *undis*: *aruis*
 B^cFGL 164-5. om. M^{ac}N^{ac} 166. *incertas*: *et dubias* (M^{ac})N¹(S)

ricurva mi farò trasportare sul grande mare!». Appena finito,
 si getta nelle onde, insegue le navi (le dà forza la brama),
 si aggrappa, compagna odiosa, alla chiglia del re di Cnosso.
 145 Come la vide, suo padre (che già si librava in aria, <
 or ora mutato in aquila di mare dalle fulve ali),
 si lanciò per straziarla col becco adunco.
 Lei spaventata lasciò la poppa, parve che l'aria leggera
 la sostenesse nella caduta, perché non toccasse il mare.
 150 †Fu tutta una piuma†, mutata in uccello piumato
 si chiama Ciri: deve il nome al capello reciso.
 I voti a Giove con i corpi di cento tori sciolse Minosse
 non appena sbarcò dalle navi e toccò il suolo dei Cureti,
 e decorò la reggia appendendo ai muri le spoglie.
 155 Ma era cresciuto l'obbrobrio della stirpe, l'adulterio turpe
 della madre era svelato dalla novità del mostro biforme.
 Minosse decide di allontanare la vergogna del talamo
 e lo chiude negli intricati meandri di una casa senza uscita.
 Dedalo, celeberrimo come architetto, <
 160 compie l'opera alterando l'orientamento,
 e inducendo gli occhi in errore con mille ambigui percorsi.
 Non altrimenti nella piana di Frigia il fluente
 Meandro si diverte e con ingannevole giro fluisce
 e rifluisce e tornando su sé stesso vede le acque
 165 che stanno per arrivare, ora spinge la sua incerta corrente
 verso la sorgente, ora verso il mare aperto, così Dedalo
 riempie di inganni le innumeri vie, lui stesso a stento
 ritrova l'uscita: a tal punto ingannevole è il luogo.

quo postquam geminam tauri iuuenisque figuram
 170 clausit et Actaeo bis pastum sanguine monstrum
 tertia sors annis domuit repetita nouenis,
 utque ope uirginea nullis iterata priorum
 ianua difficilis filo est inuenta relecto,
 protinus Aegides rapta Minoide Dian
 175 uela dedit comitemque suam crudelis in illo
 litore destituit. desertae et multa querenti
 amplexus et opem Liber tulit, utque perenni
 sidere clara foret, sumptam de fronte coronam
 immisit caelo; tenues uolat illa per auras
 180 dumque uolat gemmae nitidos uertuntur in ignes
 consistuntque loco, specie remanente coronae,
 qui medius Nixique genu est Anguemque tenentis.

Daedalus interea Creten longumque perosus
 exilium tactusque soli natalis amore
 185 clausus erat pelago. «terras licet» inquit «et undas
 obstruat, at caelum certe patet: ibimus illac!
 omnia possideat, non possidet aera Minos.»
 dixit et ignotas animum dimittit in artes
 naturamque nouat. nam ponit in ordine pennas,
 190 [a minima coeptas, longam breuiore sequente,]
 ut cliuo creuisse putes; sic rustica quondam
 fistula disparibus paulatim surgit auenis.
 tum lino medias et ceris alligat imas
 atque ita compositas paruo curuamine flectit

179-93. MN(S)U BFGLPT

194-7. MN(S)U BFGLP

172. nulli (S) | superata N(S) 173. relecto o^o χ: relicto Ω 176. querenti: per-
 (b)enni (M^{ac})N^l 177. om. M^{ac}N^{ac} 179-93, 198-204, 209-22, 227-34 exstant
 in T (Σ = BFGLPT) 180. nitidos: subitos U P 184. soli χ (Heinsius), cf.
 VII 57, Pont. I 3, 35: loci Ω 186. ibimus illac: et licet armis B^{2c}F^lLT^l 190.
 del. Merkel | sequente Ω (-tem G): sequenti MN 194. pando χ

Dopo che vi ebbe rinchiuso la doppia figura di giovane
 170 e toro, il mostro, pasciutosi due volte di sangue attico, <
 la terza volta fu vinto dalla sorte tirata ogni nove anni,
 e dopo che grazie alla vergine riavvolgendo il filo riuscì
 a ritrovare la difficile porta da cui nessuno era mai ripassato,
 subito il figlio d'Egeo, rapita la figlia di Minosse,
 175 fece vela alla volta di Dia e, crudele, su quella stessa riva
 abbandonò la sua compagna. All'abbandonata, che a lungo <
 si lamentava, Bacco portò amplessi e aiuto,
 e perché splendesse con perenne costellazione, le tolse
 dalla fronte la corona e la lanciò nel cielo.
 180 Essa vola per l'aria leggera e mentre vola le gemme diventano
 fulgidi fuochi e si fermano, conservando la forma
 di corona, a mezzo tra l'Inginocchiato e il Serpentario.

Dedalo intanto, sazio di Creta e del lungo esilio, <
 colto da nostalgia della terra natia, era bloccato
 185 dal mare. «Mi chiude, sì, con la terra» disse «e col mare,
 ma il cielo di certo è aperto: andremo di lì!
 Minosse è padrone di tutto, ma non anche dell'aria.»
 Disse, e si dedica a scienze sconosciute, reinventa
 la natura. Dispone infatti delle penne in bell'ordine,
 190 [a partire dalla più piccola, poi sempre più piccole],
 da far pensare che fossero cresciute su un pendio: così
 la rustica zampogna spunta pian piano con canne disuguali.
 Poi le lega nel mezzo con lo spago, in alto
 con la cera e, così saldate, le incurva leggermente,

195 ut ueras imitetur aues. puer Icarus una
 stabat et ignarus sua se tractare pericla
 ore renidenti modo quas uaga mouerat aura
 captabat plumas, flauam modo pollice ceram
 molliabat lusuque suo mirabile patris
 200 impediabat opus. postquam manus ultima coepto
 imposita est, geminas opifex librauit in alas
 ipse suum corpus motaque pependit in aura.
 instruit et natum «medio»que «ut limite curras,
 Icare» ait, «moneo, ne, si demissior ibis,
 205 unda grauet pennas, si celsior, ignis adurat.
 inter utrumque uola, nec te spectare Booten
 aut Helicen iubeo strictumue Orionis ense:
 me duce carpe uiam». pariter praecepta uolandi
 tradit et ignotas umeris accommodat alas.
 210 inter opus monitusque genae maduere seniles
 et patriae tremuere manus. dedit oscula nato
 non iterum repetenda suo pennisque leuatus
 ante uolat comitique timet, uelut ales ab alto
 quae teneram prolem produxit in aera nido,
 215 hortaturque sequi damnosasque erudit artes.
 [et mouet ipse suas et nati respicit alas.]
 hos aliquis tremula dum captat harundine pisces
 aut pastor baculo stiuauae innixus arator
 uidit et obstipuit, quique aethera carpere possent
 220 credidit esse deos. et iam Iunonia laeua

198-204. MN(S)U BFGLPT 205-8. MN(S)U BFGLP 209-22. MN(S)U
 BFGLPT

197. ore ren-: moreque ludentis BG | renidenti (M^{ac}?)U^c φ: -tenti Ω 198.
 et flauam MN^{ac} 200. c(o)eptis M^cU P 206. nec U P: neu Ω 207.
 strictumue χ: -que Ω 208. uolando M^{ac}(S)N^{ac} 212. leuatis M^{ac} T 216.
 clausit Tarrant (= Ars II 73) 218. stiuauae (M^{ac})NU: -que M^c(S) Σ (-ueque G)

195 a guisa dei veri uccelli. Il piccolo Icaro era con lui,
 e ignorando di toccare ciò che l'avrebbe ucciso,
 con viso raggiante ora afferrava le piume che una vaga
 arietta aveva allontanato, ora col pollice plasmava
 la bionda cera e col suo gioco ostacolava il mirabile
 200 lavoro del padre. Data all'opera l'ultima mano,
 l'artefice stesso librò il suo corpo su una coppia
 di ali e, agitandole, rimase sospeso nell'aria.
 Insegna anche al figlio e «Vola a mezza altezza, Icaro»
 gli dice, «ti raccomando: se vai troppo basso, l'acqua
 205 ti appesantisce le penne, se troppo alto, il calore le brucia.
 Vola a mezza via. E bada di non guardare Boote,
 o Elice e la spada impugnata da Orione:
 sta dietro a me!». Gli dava le istruzioni per volare,
 e intanto gli applicava alle braccia le ali mai viste.
 210 Nel fare e raccomandare, si inumidiscono le gote
 del vecchio, tremano le mani del padre. Baciò il figlio –
 fu l'ultima volta – e levatosi sulle ali vola innanzi
 e teme per chi lo segue, come uccello che dall'alto
 nido guida fuori per l'aria la tenera prole e l'esorta
 215 a stargli dietro e gl'insegna quell'arte rischiosa.
 [E muove lui stesso le ali ma osserva quelle del figlio.]
 Qualcuno intento a pescare con tremula canna, qualche
 pastore appoggiato al bastone o contadino appoggiato
 all'aratro li vede e stupisce, e poiché son capaci a volare
 220 nell'aria, li crede dèi. E già a sinistra han lasciato

parte Samos (fuerant Delosque Parosque relictæ),
 dextra Lebinthos erat fecundaque melle Calymne,
 cum puer audaci coepit gaudere uolatu
 deseruitque ducem caelique cupidine tractus
 225 altius egit iter. rapidi uicinia solis
 mollit odoratas, pennarum uincola, ceras.
 tabuerant cerae: nudos quatit ille lacertos
 remigioque carens non ullas percipit auras,
 oraque caerulea patrium clamantia nomen
 230 excipiuntur aqua, quae nomen traxit ab illo.
 at pater infelix nec iam pater «Icare» dixit,
 «Icare» dixit, «ubi es? qua te regione requiram?».
 «Icare» dicebat: pennas aspexit in undis
 deuouitque suas artes corpusque sepulcro
 235 condidit: est tellus a nomine dicta sepulti.

Hunc miseri tumulo ponentem corpora nati
 garrula limoso prospexit ab elice perdix
 et plausit pennis testataque gaudia cantu est,
 unica tum uolucris nec uisa prioribus annis
 240 factaque nuper auis, longum tibi, Daedale, crimen.
 namque huic tradiderat fatorum ignara docendam
 progeniem germana suam, natalibus actis
 bis puerum senis, animi ad praecepta capacis.

223-6. MN(S)U BFGLP
 BFGLP

227-34. MN(S)U BFGLPT

235-339. MN(S)U

221. fuerant ... relictæ in parenthesi posuit Gierig, praeeunte Plan; cf. Ars II 79-80 | fuerant af χ: fuerat Ω (cf. Ars II 79) 222. erat om. BFG^{ac}LT: erant M^{ac}. 224. tractus M^{ac}(S): captus U¹: tactus Ω 225. post iter dist. codd. praeter N | rapidi: rap. ad (M^{ac})NU (P^{ac}): rap. at φ: rap. et φ: rabidi B 226. odoratas: adoratas M^{ac}: adornatas U 235. est U P: et Ω | sepulti est B 237. limoso ... elice Auct. de dubiis nominibus (GLK V, p. 587): ramosa ... ilice Ω (cf. Verg. Ecl. 9, 15): ramoso ... ulice Nisbet (apud Hollis) 238. cantu: uoce U¹ P 243. capacis B^cFGL N^{2v}U^{2v}: rapacis M(S)N¹U¹ (B^{ac})P

Samo, sacra a Giunone, e Delo e Paro, a destra
 c'è Lebinto e Calimne, feconda di miele, quando
 il fanciullo comincia a godere dell'audacia di quel volo,
 abbandona la sua guida e, colto da bramosia di cielo,
 115 prende a volare più in alto. La vicinanza del sole
 allenta l'odorosa cera che tiene insieme le penne.
 La cera si scioglie: lui agita le braccia ormai nude
 e, privo di remeggio, non riesce a reggere in aria,
 e la sua bocca, spalancata a invocare il nome del padre,
 120 finisce nell'acqua cerulea che da lui prese nome.
 Il padre infelice, già non più padre, «Icaro» dice,
 «Icaro» dice, «dove sei? da che parte ti devo cercare?».
 «Icaro» ripete e scorge le penne tra le onde,
 maledice la sua scienza, dà sepoltura alla salma,
 135 e quella terra si chiama col nome del sepolto.

Mentre poneva nel sepolcro il corpo del figlio,
 lo vide dal fossato fangoso una garrula pernice,
 e applaudì con le ali ed espresse gioia col canto:
 ancora unico esemplare, mai vista gli anni precedenti,
 140 appena divenuta uccello – ma per te, Dedalo, accusa senza fine.
 Sua sorella, ignara dei fati, gli aveva affidato,
 perché lo istruisse, suo figlio, un ragazzo
 di dodici anni, con una mente pronta a imparare.

ille etiam medio spinas in pisce notatas
 245 traxit in exemplum ferroque incidit acuto
 perpetuos dentes et serrae repperit usum
 primus et ex uno duo ferrea bracchia nodo
 uinxit ut aequali spatio distantibus illis
 altera pars staret, pars altera duceret orbem.
 250 Daedalus inuidit sacraque ex arce Mineruae
 praecipitem misit lapsum mentitus; at illum
 quae fauet ingeniis excepit Pallas auemque
 reddidit et medio uelauit in aere pennis.
 sed uigor ingenii quondam uelocis in alas
 255 inque pedes abiit; nomen, quod et ante, remansit.
 non tamen haec alte uolucris sua corpora tollit
 nec facit in ramis altoque cacumine nidos;
 propter humum uolitat ponitque in saepibus oua
 antiquique memor metuit sublimia casus.
 260 Iamque fatigatum tellus Aetnaea tenebat
 Daedalon et sumptis pro supplice Cocalus armis
 mitis habebatur, iam lamentabile Athenae
 pendere desierant Thesea laude tributum.
 templa coronantur bellatricemque Mineruam
 265 cum Ioue disque uocant aliis, quos sanguine uoto
 muneribusque datis et acruis turis honorant.
 Sparserat Argolicas nomen uaga fama per urbes
 Theseos, et populi quos diues Achaia cepit
 huius opem magnis implorauere periclis;
 270 huius opem Calydon, quamuis Meleagron haberet,
 sollicita supplex petiit prece. causa petendi
 sus erat, infestae famulus uindexque Dianae.

253. uelatur P 257. nec: non δ 262. mitis habebatur suspectum 263.
 desuerant L^{2s} (ut coni. Heinsius) 266. acruis MN^{2v} BFG; acerris N^cU LP |
 adorant U P 271. supplex petiit: supplexque petit M: supplex petenti N¹

Questi, avendo osservate le lische all'interno dei pesci,
 145 le aveva usate a modello e, intagliando in un ferro
 affilato una serie continua di denti, inventò la sega.
 Fu pure il primo a unire due bracci di ferro a un nodo,
 per modo che, mantenendo pari distanza, mentre
 uno restava, l'altro tracciava un cerchio perfetto.
 150 Dedalo se ne ingelosì e lo buttò giù dalla sacra rocca
 di Minerva, inventando ch'era scivolato: ma Pallade,
 che protegge il talento, lo afferrò, lo mutò in uccello
 rivestendolo di piume mentre ancora precipitava.
 Il vigore del veloce ingegno di prima passò
 155 nelle ali e nei piedi. Il nome rimase quello di prima.
 Quest'uccello non riesce a sollevare il corpo di molto
 e non fabbrica il nido sui rami o sulle alte cime.
 Volà rasoterra e depone le uova nelle siepi:
 memore dell'antica caduta, teme le altezze.
 160 Intanto la terra dell'Etna aveva accolto Dedalo
 stremato e Cocalo, che aveva preso le armi in difesa
 del supplice, aveva fama di mite. Per merito di Teseo
 gli Ateniesi avevano cessato di pagare il tributo di vite.
 S'inghirlandano i templi, si invoca Minerva guerriera
 165 con Giove e con gli altri dèi, li si adora con sacrifici
 di vittime e con doni, e con mucchi d'incenso.
 La Fama errabonda aveva diffuso il nome di Teseo
 per le città dell'Argolide, e i popoli della ricca Acaia
 imploravano il suo aiuto nei casi di grande pericolo:
 170 in soccorso lo chiamò supplice, con ansiosa preghiera,
 Calidone stessa, che pur disponeva del gran Meleagro.
 Causa ne fu un cinghiale, fedele vendicatore di Diana adirata.

Oenea namque ferunt pleni successibus anni
 primitias frugum Cereri, sua uina Lyaeo,
 275 Palladios flauae latices libasse Mineruae.
 coeptus ab agricolis superos peruenit ad omnes
 ambitiosus honor; solas sine ture relictas
 praeteritae cessasse ferunt Letoidos aras.
 tangit et ira deos: «at non impune feremus,
 280 quaeque inhonoratae, non et dicemur inultae»
 inquit et Oeneos ultorem spreta per agros
 misit aprum, quanto maiores herbida tauros
 non habet Epiros, sed habent Sicula arua minores.
 sanguine et igne micant oculi, riget horrida ceruix,
 285 [et saetae similes rigidis hastilibus horrent.
 stantque uelut uallum, uelut alta hastilia saetae.]
 feruida cum rauco latos stridore per armos
 spuma fluit, dentes aequantur dentibus Indis,
 fulmen ab ore uenit, frondes adflatibus ardent.
 290 is modo crescentes segetes proculcat in herba,
 nunc matura metit fleturi uota coloni
 et Cererem in spicis intercipit: area frustra
 et frustra exspectant promissas horrea messes.
 sternuntur grauidi longo cum palmito fetus
 295 baccaque cum ramis semper frondentis oliuae.
 saeuit et in pecudes; non has pastorue canisue,
 non armenta truces possunt defendere tauri.

273. pleni ... anni M^c(N^{ac})U P: -is ... -is B^cFL: -is ...-i M^{ac}N^c (B^{ac})G 274.
 frugem χ (Heinsius); melius fruges? 276. argolicis B^{2m}F¹L 277. inuidiosus
 N¹ 278. pr(a)eterit(a)e φ: -tas Ω 279. impune feremus: dicemur inulte (ex
 280) MN: imp. feretis Bentley 280. quaeque: quamquam M^{ac}: aut N¹ non et
 dic. in.: nec nos impune feremus (ex 279) MN 281. oeneos (S) G^{2c}: oenios Ω
 (olenios e^v implenos M¹ (N^{ac})) | uictorem M¹N^{ac} 283. sed habent ... minores
 an sanum incertum 285. del. Naugerius | rigidis: densis e^v χ 286. om.
 M^{ac}(S^{ac})N^{ac}U^{ac}P^{ac}, del. Heinsius 287. latos: lato M^{ac}(S): late φ 289. arent
 Heinsius (sed cf. VII 106)

Narrano infatti che Eneo, in una buonissima
 annata, aveva offerto primizie di messi a Cerere, di vino
 275 a Bacco (è suo), succo d'olive alla bionda Minerva.
 Dopo gli dèi campagnoli, un superbo omaggio fu reso
 a tutti i celesti: dicono che solo gli altari della figlia
 di Latona furono trascurati, restando senza tributo.
 L'ira tocca anche gli dèi. «Non sopporterò l'onta,
 280 diranno che sono stata offesa, ma non che non mi sono
 vendicata» disse, e mandò a vendicarla un cinghiale
 nei campi di Eneo, più grande dei tori dell'erbosio Epiro,
 più grande di quelli delle pianure di Sicilia. Gli occhi
 dardeggiano sangue e fuoco, il collo enorme è arruffato;
 285 [le setole stanno dritte come rigide aste,
 le setole stanno come un vallo con alta palizzata;]
 con sordo stridio una schiuma ribollente scorre
 per le ampie spalle, le zanne sembrano zanne d'avorio,
 un fulmine si sprigiona dalla bocca, l'alito brucia le fronde.
 290 Ora calpesta nell'erba le messi germoglianti,
 ora miete le speranze mature del contadino,
 che ne piangerà, privandolo del pane in cima alle spighe;
 invano le aie, invano i granai attendono le messi promesse,
 grappoli pieni e lunghi tralci sono abbattuti,
 295 e frutti e piante di ulivi sempreverdi.
 Infierisce anche sui greggi: pastore e cani non riescono
 a proteggerli, non torvi tori a proteggere le mandrie.

Diffugiunt populi nec se nisi moenibus urbis
 esse putant tutos, donec Meleagros et una
 300 lecta manus iuuenum coiere cupidine laudis:
 Tyndaridae gemini, spectandus caestibus alter,
 alter equo, primaeque ratis molitor Iason
 et cum Pirithoo, felix concordia, Theseus
 et duo Thestiadae prolesque Aphareia Lynceus
 305 et uelox Idas et iam non femina Caeneus
 Leucippusque ferox iaculoque insignis Acastus
 Hippothousque Dryasque et cretus Amyntore Phoenix
 Actoridaeque pares et missus ab Elide Phyleus.
 nec Telamon aberat magnique creator Achillis
 310 cumque Pheretiade et Hyanteo Iolao
 impiger Eurytion et cursu inuictus Echion
 Naryciusque Lelex Panopeusque Hyleusque feroxque
 Hippasos et primis etiamnum Nestor in annis
 et quos Hippocoon antiquis misit Amyclis
 315 Penelopesque socer cum Parrhasio Ancaeo
 Ampycidesque sagax et adhuc a coniuge tutus
 Oeclides nemorisque decus Tegeaea Lycaei.
 rasilis huic summam mordebat fibula uestem,
 crinis erat simplex, nodum collectus in unum,
 320 ex umero pendens resonabat eburnea laeua
 telorum custos, arcum quoque laeua tenebat.
 talis erat cultus; facies, quam dicere uere

298. *nec se nisi* M¹: *nec sese in* M^{2v} Σ: *nec magnis* N¹: *nec sese* U 300. *coiere*
 M: *caluere* N^cU Σ 301. *spectandus* N¹U: *spectatus* B^{ac}F^{ac}: *spectantes* M¹(S):
pr(a)estantes M^{2v} B^cGLP 304. *prolesque* φ: *proles* Ω 305-6. hoc ordine
 'uetus codex' Constantii Fanensis: inu. ord. Ω 306. *leucippusque* Const. Fan.:
plex- Ω (*pales-* M^{ac}, *ples-* M^c, *flex-* GP) 308. *pares* U P et ex corr. MN B: *parens*
 Ω 311. et *cursu* MN G: *cursuque* U Σ 312. *panopeusque* BFGL: *panopeus*
 Δ P 313. *armis* φ post 317 *uenit at(h)(a)lantis c(o)enei pulcherrima uirgo*
praebent in textu M B, in marg. N³ F²: *eiecit Naugerius* 318. *summam*:
primam N^cU 322. *cultus* φ: *-tu*

La gente scappa, e non si sentono al sicuro se non entro
 le mura cittadine, finché Meleagro e una scelta schiera
 100 di giovani non si uniscono nella speranza di gloria.
 I gemelli figli di Tindaro, campione di pugilato l'uno, <
 d'equitazione l'altro, e Giasone ideatore della prima nave,
 e Teseo con Piritoo, felice sintonia, e i due figli
 di Testio, e i figli di Afareo, Linceo e il veloce Ida, <
 105 e Ceneo ormai non più femmina, e il feroce
 Leucippo e Acasto campione di giavellotto,
 e Ippotoo, e Driante, e Fenice figlio di Amintore,
 e i gemelli di Actore, e Fileo venuto dall'Elide.
 Non mancava neppure Telamone e il padre del grande
 110 Achille, e col figlio di Ferete e con Iolao della Iantide
 l'agile Eurizione, ed Echione, imbattuto nella corsa,
 e Lelege di Narice e Panopeo e Ileo e il fiero
 Ippaso, e Nestore ancora nei suoi verdi anni,
 e quelli che Ippocoonte mandò da Amicle antica,
 115 e il suocero di Penelope con Anceo di Parrasia,
 e, indovino, il figlio di Ampice, e il figlio di Ecleo, non già
 in balia d'una moglie, e la donna di Tegea, gloria del bosco Liceo. <
 Costei portava una veste fermata in alto da una lucida fibbia, <
 i capelli semplici, legati da un unico nodo;
 120 alla spalla sinistra risuonava un'eburnea
 faretra, con la sinistra anche l'arco reggeva.
 Così era abbigliata. L'aspetto, potevi a ragione dirlo

uirgineam in puero, puerilem in uirgine possis.
 hanc pariter uidit, pariter Calydonius heros
 325 optauit renuente deo flammisque latentes
 hausit et «o felix, si quem dignabitur» inquit
 «ista uirum!» nec plura sinit tempusque pudorque
 dicere: maius opus magni certaminis urget.

Silua frequens trabibus, quam nulla ceciderat aetas,
 330 incipit a plano deuexaque prospicit arua;
 quo postquam uenere uiri, pars retia tendunt,
 uincola pars adimunt canibus, pars pressa sequuntur
 signa pedum cupiuntque suum reperire periculum.
 concaua uallis erat, quo se demittere riui
 335 adsuerant pluuiialis aquae; tenet ima lacunae
 lenta salix uluaeque leues iuncique palustres
 uiminaeque et longa paruae sub harundine cannae.
 hinc aper excitus medius uiolentus in hostes
 fertur ut excussis elisi nubibus ignes.
 340 sternitur incursu nemus et propulsa fragorem
 silua dat; exclamant iuuenes praetentaque forti
 tela tenent dextra lato uibrantia ferro.
 ille ruit spargitque canes, ut quisque furenti
 obstat, et obliquo latrantes dissipat ictu.
 345 Cuspis Echionio primum contorta lacerto
 uana fuit truncoque dedit leue uulnus acerno.
 proxima, si nimiis mittentis uiribus usa
 non foret, in tergo uisa est haesura petito:
 longius it; auctor teli Pagasaeus Iason.

340-402. M²N² (S)U BFGLP

323. *posses* L 337. *longa paru(a)e* B: *longe parua* Ω (*longae paru/M^c*)
 339. *elisi ... ignes* Δ: *elisis ... ignis* Σ: *excussus elisis n. ignis* (S) F^{3c} 340-
 402. om. M^{ac}N^{ac}, add. M²N² in foliis postea insertis 341. *pr(a)etentaque* χ:
protentaque Ω (cf. XI 511)

di vergine in un fanciullo, o di fanciullo in una vergine.
 Come la vide, l'eroe di Calidone all'istante la volle,
 125 sebbene il dio s'opponesse, si accese d'un fuoco <
 nascosto e «O felice» esclamò «l'uomo che costei si degnerà
 di sposare!». Il momento e il pudore vietano d'aggiungere altro:
 maggiore impresa di maggiore impegno urgeva.

Un bosco fitto di tronchi, che mai era stato sfronato,
 130 iniziava in piano e sovrastava la campagna declinante.
 Qui giunti gli uomini, alcuni tendono le reti,
 altri tolgono i guinzagli ai cani, altri seguono le impronte
 lasciate cercando di stanare quel pericolo vivente.
 C'era una concava valle, dove usavano confluire <
 135 i rivi di acqua piovana: in basso, una laguna
 fitta di molli salici ed erbe leggere e giunchi palustri
 e vimini e piccole canne sotto canne più alte.
 Di lì il cinghiale stanato fa impeto sui nemici, come
 lampo che sprigiona da nubi che si sono scontrate.
 140 Il bosco è abbattuto dal suo attacco, la selva rimbomba
 dallo scompiglio: gridano i giovani e tengono puntate
 con salda mano le lance scintillanti dal largo ferro.
 Quello s'avventa, sbrana i cani, chiunque osi opporsi
 alla sua furia, e li disperde tra i latrati con obliqui fendenti.
 145 La prima lancia vibrata dal braccio d'Echione
 andò a vuoto, il tronco di un acero fu appena scalfito.
 La seconda, se non fosse stata scagliata con forza
 eccessiva, parve quasi conficcarsi nel dorso, come voleva:
 ma finì oltre. Il tiro era stato di Giasone di Pagase.

350 «Phoebe» ait Ampycides «si te coluique coloque,
 da mihi quod petitur certo contingere telo.»
 qua potuit, precibus deus adnuit: ictus ab illo est,
 sed sine uulnere, aper; ferrum Diana uolanti
 abstulerat iaculo, lignum sine acumine uenit.
 355 ira ferī mota est, nec fulmine lenius arsit;
 emicat ex oculis, spirat quoque pectore flamma,
 utque uolat moles adducto concita neruo
 cum petit aut muros aut plenas milite turres,
 in iuuenes certo sic impete uulnificus sus
 360 fertur et Hippalmon Pelagonaque dextra tuentes
 cornua prosternit; socii rapuere iacentes.
 at non letiferos effugit Enaesimus ictus
 Hippocoonte satus: trepidantem et terga parantem
 uertere succiso liquerunt poplite nerui.
 365 forsitan et Pylus citra Troiana perisset
 tempora, sed sumpto posita conamine ab hasta
 arboris insiluit, quae stabat proxima, ramis
 despexitque loco tutus quem fugerat hostem.
 dentibus ille ferox in querno stipite tritis
 370 imminet exitio fidensque recentibus armis
 Eurytidae magni rostro femur hausit adunco.
 At gemini, nondum caelestia sidera, fratres,
 ambo conspicui, niue candidioribus ambo
 uectabantur equis, ambo uibrata per auras
 375 hastarum tremulo quatiebant spicula motu.
 uulnera fecissent, nisi saetiger inter opacas
 nec iaculis isset nec equo loca peruia siluas.

353. *ferrum*: *ferrumque* N²U^{3c} B^{2c} φ: *-oque* U^{ac} 356. *flamma* M^{2ac} F^c: *flammas*
 Ω 357. *abducto* M² P 359. *certo*: *uasto* χ (Burman), ex III 79? 366.
posita: *pressa* Riese: *opposita* Rappold 370. *frendensque* χ 371. *Eurytidae*
 Merkel: *ot(h)riade* φ: *orithie* Ω 372. *sidera*: *corpora* N²U 377. *isset*: *essent*
 M² FL

350 «Febo» disse il figlio di Ampice, «se ti ho onorato e ti onoro,
 dammi di cogliere il bersaglio con un colpo preciso!»
 Per quel che poté, il dio esaudi la preghiera:
 il cinghiale fu colpito, ma non ferito: Diana aveva tolto
 il ferro alla lancia in volo – il legno arrivò senza punta.
 355 L'ira della belva, aizzata, sprigiona come fulmine:
 lampeggia dagli occhi, alita pure dal petto una fiamma.
 E come un macigno scagliato da nerbo teso vola,
 abbattendosi su mura o torri piene di armati,
 così il cinghiale si lancia a testa bassa contro i giovani
 360 per ferirli, e stende Ippalmo e Pelagone, schierati
 sul fianco destro: i compagni li trascinano via inerti.
 Ma non sfugge ai colpi mortali Enesimo, figlio
 di Ippocoonte: colpito al ginocchio mentre, colto
 da panico, cerca di fuggire, gli si sciolgono i tendini.
 365 E forse anche l'eroe di Pilo sarebbe morto prima della guerra
 di Troia, se, puntata la lancia in terra e preso lo slancio,
 non fosse balzato sui rami d'un albero vicino, guardando
 dall'alto e al sicuro il nemico cui voleva sottrarsi.
 Quello, infuriato, s'accanisce con le zanne arrotate
 370 sul tronco per ucciderlo, e forte delle armi rinnovate colpisce
 al femore il grande figlio di Eurito con zanna acuminata.
 Qui i due gemelli, non ancora stelle del cielo,
 ma entrambi possenti, correuano entrambi su cavalli
 più bianchi della neve, entrambi brandivano
 375 lance con tremulo moto vibranti nell'aria.
 Avrebbero colto la belva villosa, se questa non si fosse addentrata
 in una selva oscura, per luoghi impervi a lance e cavalli.

persequitur Telamon studioque incautus eundi
 pronus ab arborea cecidit radice retentus.
 380 dum leuat hunc Peleus, celerem Tegeaea sagittam
 imposuit neruo sinuatoque expulit arcu;
 fixa sub aure feri summum destrinxit harundo
 corpus et exiguo rubefecit sanguine saetas.
 nec tamen illa sui successu laetior ictus
 385 quam Meleagros erat: primus uidisse putatur
 et primus sociis uisum ostendisse cruorem
 et «meritum» dixisse «feres uirtutis honorem».
 erubuere uiri seque exhortantur et addunt
 cum clamore animos iaciuntque sine ordine tela:
 390 turba nocet iactis et quos petit impedit ictus.
 ecce furens contra sua fata bipennifer Arcas
 «discite femineis quid tela uirilia praestent,
 o iuuenes, operique meo concedite» dixit;
 «ipsa suis licet hunc Latonia protegat armis,
 395 inuita tamen hunc perimet mea dextra Diana».
 talia magniloquo tumidus memorauerat ore
 ancipitemque manu tollens utraque securim
 institerat digitis, primos suspensus in artus;
 occupat audentem, quaque est uia proxima leto,
 400 summa ferus geminos derexit ad inguina dentes.
 concidit Ancaeus glomerataque sanguine multo
 uiscera lapsa fluunt; madefacta est terra cruore.
 ibat in aduersum proles Ixionis hostem

403-529. MN(S)U BFGLP

378. *persequitur* M² L: *pro-* Ω 386. *primum* M² φ 395. *perimat* FG
 396. *tumidus*: *iuuenis* N²U 398. *primos ... artus*: *pronos ... ictus* Ehwald:
primis ... ictus possis (*primis iam* Heinsius) 402. *est terra cruore* M²: *-que*
terra cruore est U P: *-que terra cruore* N² hp: *terra cruore* B: *que sanguine terra est*
 FL 403. *redeunt* M¹N¹

Lo insegue Telamone, ma nella foga non bada a dove va,
 cade bocconi trattenuto dalla radice di una pianta.
 380 Mentre Peleo lo rialza, la ragazza di Tegea
 incocca una rapida freccia, tende, scocca:
 la freccia si conficca sotto l'orecchio della belva,
 ferisce il dorso e macchia le setole di un po' di sangue.
 Tuttavia, non fu più contenta lei del colpo di quanto
 385 non lo fu Meleagro: fu lui, come sembra, il primo
 a vedere, il primo a mostrare ai compagni il sangue
 dicendo: «Giustamente andrà a te il vanto dell'impresa!».
 Gli uomini arrossiscono, si esortano a vicenda,
 con grida si rincuorano, scagliano lance alla rinfusa.
 390 La ressa ostacola i tiri, impedisce che vadano a segno.
 Ecco l'arcade, armato di doppia scure, adirato, a proprio danno,
 «Imparate» disse, «giovani, quanto i colpi maschili
 siano meglio di quelli femminili, su, fatemi largo!
 La figlia di Latona protegga pure la belva con le sue armi:
 395 anche se Diana non vuole, morrà per mia mano!».
 Queste cose diceva con superbe parole, pieno di boria,
 e con entrambe le mani levando la doppia scure
 stava sulle punte dei piedi, le braccia pronte a vibrare:
 ma la belva precede il temerario, gli conficca le zanne
 400 nell'inguine in alto, la via più breve alla morte.
 Anceo stramazza, i visceri raggrumati
 di molto sangue si riversano fuori, la terra ne è intrisa.
 Affronta a viso aperto il nemico Piritoo, figlio

Pirithous, ualida quatiens uenabula dextra;
 405 cui «procul» Aegides «o me mihi carior» inquit,
 «pars animae consiste meae! licet eminus esse
 fortibus: Ancaeo nocuit temeraria uirtus».
 dixit et aerata torsit graue cusptide cornum;
 quo bene librato uotique potente futuro
 410 obstitit aesculea frondosus ab arbore ramus.
 misit et Aesonides iaculum, quod casus ab illo
 uertit in immeriti fatum latrantis et inter
 ilia coniectum tellure per ilia fixum est.
 At manus Oenidae uariat, missisque duabus
 415 hasta prior terra, medio stetit altera tergo.
 nec mora, dum saeuit, dum corpora uersat in orbem
 stridentemque nouo spumam cum sanguine fundit,
 uulneris auctor adest hostemque iritat ad iram
 splendidaque aduersos uenabula condit in armos.
 420 gaudia testantur socii clamore secundo
 uictricemque petunt dextrae coniungere dextram,
 immanemque ferum multa tellure iacentem
 mirantes spectant neque adhuc contingere tutum
 esse putant, sed tela tamen sua quisque cruentat.
 425 ipse pede imposito caput exitiabile pressit
 atque ita «sume mei spolium, Nonacria, iuris»
 dixit «et in partem ueniat mea gloria tecum».
 protinus exuuias rigidis horrentia saetis
 terga dat et magnis insignia dentibus ora.
 430 illi laetitiae est cum munere muneris auctor;

409. quo U^{3v} F^{ac}P: cui Ω | uotique M^{ac} F^{ac} | futuri U^{c2} L
 abscisa M(N^{ac?})(S)(J) 411-3. suspectos habet Kenney 411. illo: an
 apro? 412. in immeriti d χ: et immeritum M^c χ: et in mentum Ω | fatum d χ:
 figit Ω (fugit (M^{ac})U^{ac}, fixit χ) | latrantis (cf. 344 supra): geladantem N¹ (-en N^c),
 unde Celadontis Heinsius 413. ilia¹ aut ilia²: inguina Watt 422. ferum
 M: -am Ω 427. mea: mibi v χ 430. l(a)etiti(a)e M^c P: l(a)etitia Ω

d'Issione, agitando nella mano vigorosa una picca.
 405 A lui «Va' via!» disse il figlio di Egeo, «tu che mi sei più caro
 di me stesso! Fermati, parte della mia anima! Anche lo stare
 a distanza è dei coraggiosi: ad Anceo non è giovato un coraggio
 temerario». E scagliò la pesante asta di corniolo dalla punta
 di bronzo. Il tiro è ben calibrato e votato al successo,
 410 ma s'imbatte in un ramo frondoso di farnia.
 Anche il figlio di Esone scaglia l'asta, che
 il caso diretta su un incolpevole cane abbaiente:
 colpisce il bacino, attraversa il bacino e si conficca nel suolo.
 La mano del figlio di Eneo ha varia fortuna.
 415 Scaglia due lance, una si ficca in terra, l'altra nel dorso.
 Senza indugio, mentre quello si dibatte, mentre gira
 su sé stesso ed erutta bava ribollente mista a sangue
 recente, il feritore gli è sopra, aizza l'ira della belva,
 gli ficca tra le scapole la picca lucente.
 420 I compagni esprimono gioia con grida d'assenso,
 cercano a gara di stringer la mano al vincitore,
 e ammirano la belva immane che giace per lungo
 spazio di terra, e ancora non si azzardano a toccarla,
 sebbene ciascuno intinga nel suo sangue la propria arma.
 425 Lui pose il piede sul capo tremendo e così
 «Prendi il trofeo, è mio diritto, fanciulla di Nonacria»
 disse, «e la mia gloria sia divisa con te».
 E subito le consegna le spoglie, la pelle irta
 di setole, la testa decorata da quei denti enormi.
 430 Lei è felice sia del dono che dell'autore del dono.

inuidere alii totoque erat agmine murmur.
 e quibus ingenti tendentes brachia uoce
 «pone age nec titulos intercipe femina nostros»
 Thestiadae clamant, «nec te fiducia formae
 435 decipiat, ne sit longe tibi captus amore
 auctor»: et huic adimunt munus, ius muneris illi.
 non tulit et tumida frendens Mauortius ira
 «discite, raptores alieni» dixit «honoris,
 facta minis quantum distent» hausitque nefando
 440 pectora Plexippi nil tale timentia ferro.
 Toxea quid faciat dubium pariterque uolentem
 ulcisci fratrem fraternaue fata timentem
 haud patitur dubitare diu calidumque priori
 caede recalfecit consorti sanguine telum.
 445 Dona deum templis nato uictore ferebat,
 cum uidet extinctos fratres Althaea referri.
 quae plangore dato maestis clamoribus urbem
 implet et auratis mutauit uestibus atras;
 at simul est auctor necis editus, excidit omnis
 450 luctus et a lacrimis in poenae uersus amorem est.
 stipes erat quem, cum partus enixa iaceret
 Thestias, in flammam triplices posuere sorores
 staminaue impresso fatalia pollice nentes
 «tempora» dixerunt «eadem lignoque tibi que,
 455 o modo nate, damus». quo postquam carmine dicto
 excessere deae, flagrantem mater ab igne
 eripuit ramum sparsitque liquentibus undis.
 ille diu fuerat penetralibus abditus imis

432. *tendens sua* M(N^{ac}) 435. *ne: neu* FL: *nec* P | *ne sit longe tibi* Δ B^{ac}:
n. s. longo t. M^{2c} B^cFGL: *n. s. t. longo* P: *n. s. t. longe* φ: *longeque tuo sit* χ
 (Heinsius) 443. *priori* M^{ac}: *-is* Ω 446. *Althaea: alcmena* (U^{ac}) P (cf. §44
 infra) 448. *auratas ... atris* G 452. *flammas* G 453. *fatali* M^{ac}(S^{ac})
 N^{ac}

Ma gli altri sono invidiosi, la schiera è tutta un mormorio.
 Avanzano i figli di Testio e tendono le braccia gridando
 a gran voce «Mettila giù, forza, ragazza, <
 435 ciò che ci spetta! E non illuderti che, perché sei bella,
 possa qualcosa in tuo aiuto il tuo sostenitore
 innamorato». E a lei tolgono il dono, a lui il diritto di farlo.
 Non lo tollererò, l'eroe caro a Marte, e fremendo d'ira <
 «Ora vedrete, ladri della gloria altrui» disse,
 quant'è diverso il minacciare dal fare», e con ferro nefando
 440 trapassa il petto a Plesippo che proprio non se l'aspetta.
 Né lascia a lungo nel dubbio Tosseo, incerto su che fare,
 bramoso di vendicare il fratello, ma anche atterrito
 di fare la stessa sua fine: la lancia, calda della morte
 precedente, la riscalda nel sangue del congiunto.
 445 La madre del vincitore, Altea, stava recando doni
 ai templi degli dèi quando vede riportare le salme
 dei propri fratelli. Battendosi il petto, con meste grida
 riempie la città, e muta le vesti dorate in vesti di lutto.
 Ma appena si sa il nome dell'autore del delitto, lascia
 450 ogni lutto e le lacrime diventano sete di vendetta.
 C'era un pezzo di legno che, quando la figlia di Testio era <
 ancora allettata dal parto, le tre sorelle avevano posto
 sul fuoco mentre col pollice filavano il filo del destino:
 «La stessa durata» dissero «assegniamo, neonato, a te
 455 e al legno». Detta la formula, le dee se ne erano andate,
 la madre aveva tolto dal fuoco il tizzone che bruciava
 e l'aveva cosparsa di acqua corrente.
 Quello era rimasto a lungo celato nei recessi più nascosti

seruatusque tuos, iuuenis, seruauerat annos.
 460 protulit hunc genetrix taedasque et fragmina poni
 imperat et positis inimicos admouet ignes.
 tum conata quater flammis imponere ramum
 coepta quater tenuit: pugnant materque sororque
 et diuersa trahunt unum duo nomina pectus.
 465 saepe metu sceleris pallebant ora futuri,
 saepe suum feruens oculis dabat ira ruborem,
 et modo nescioquid similis crudele minanti
 uultus erat, modo quem misereri credere posses;
 cumque ferus lacrimas animi siccauerat ardor,
 470 inueniebantur lacrimae tamen. utque carina
 quam uentus uentoque rapit contrarius aestus
 uim geminam sentit paretque incerta duobus,
 Thestias haud aliter dubiis adfectibus errat
 inque uices ponit positamque resuscitat iram.
 475 incipit esse tamen melior germana parente
 et, consanguineas ut sanguine leniat umbras,
 impietate pia est. nam postquam pestifer ignis
 conualuit, «rogus iste cremet mea uiscera» dixit
 utque manu dira lignum fatale tenebat,
 480 ante sepulcrales infelix adstitit aras
 «poenarum»que «deae triplices, furialibus» inquit,
 «Eumenides, sacris uultus aduertite uestros.
 ulciscor facioque nefas; mors morte pianda est,
 in scelus addendum scelus est, in funera funus;
 485 per coaceruatos pereat domus impia luctus.
 an felix Oeneus nato uictore fruetur,
 Thestius orbis erit? melius lugebitis ambo.

463. pugnant dl₄ χ: pugnat Ω 464. et: in χ 466. ruborem: colorem U
 P 468. quem misereri credere posses: qui misereri posset amato M: quem
 misereri posse uideres (S) dl₄ χ 474. inque MN¹: perque U Σ 478. concaluit
 G 486. fruetur. feretur Markland ad Stat. Silu. V 1, 33 (cf. VII 61)

e, così protetto, ti aveva protetto la vita, o ragazzo.
 460 La madre lo tolse, ordinò di approntare rami resinosi
 e stecchi, e quando la catasta fu pronta vi diede fuoco con rabbia.
 Quattro volte cercò di porre il ramo sul fuoco, <
 quattro volte si trattenne: combattono in lei madre e sorella,
 un unico cuore è tratto dai due ruoli in parti contrarie.
 465 Più volte il suo volto si sbianca per tema del delitto
 imminente, più volte l'ira infuocata le arrossa lo sguardo,
 e ora il suo volto par minacciare cose tremende,
 ora diresti che sta per aver compassione.
 E quando l'ardore selvaggio dell'animo le prosciuga
 470 le lacrime, altre ancora ne trova. E come una nave,
 trascinata dal vento e da un gorgo opposto a quel vento,
 sente entrambe le forze e a entrambe incerta ubbidisce,
 non altrimenti la Testiade ondeggia tra opposto sentire e,
 a turno, l'ira depone e, deposta l'ira, si riaccende.
 475 Comincia tuttavia a esser migliore sorella che madre, <
 e, per lenire le ombre dei suoi consanguinei col sangue,
 pia nell'empietà. Quando infatti il fuoco esiziale ha
 ben preso, «Questo rogo bruci la carne della mia carne!»
 disse e, stringendo in mano, spietata, il legno fatale,
 480 la sciagurata, stando davanti all'altare sepolcrale,
 «O triplici dèe della vendetta» disse, «Eumenidi, volgete
 il vostro volto al rito infernale! Una colpa vendico
 e commetto: la morte va espiata con la morte,
 a delitto va aggiunto delitto, a funerale funerale.
 485 Che l'empia casa si estingua per accumulo di lutti!
 Perché Eneo dovrebbe gioire del figlio vincitore,
 mentre Testio è privato dei suoi? Meglio che piangiate entrambi!

uos modo, fraterni manes animaeque recentes,
 officium sentite meum magnoque paratas
 490 accipite inferias uteri mala pignora nostri.
 ei mihi, quo rapior? fratres, ignoscite matri!
 deficiunt ad coepta manus. meruisse fatemur
 illum cur pereat, mortis mihi displicet auctor.
 ergo impune feret uiuusque et uictor et ipso
 495 successu tumidus regnum Calydonis habebit,
 uos cinis exiguus gelidaeque iacebitis umbrae?
 haud equidem patiar: pereat sceleratus et ille
 spemque patris regnumque trahat patriaeque ruinam.
 mens ubi materna est? ubi sunt pia iura parentum
 500 et quos sustinui bis mensum quinque labores?
 o utinam primis arsisses ignibus infans,
 idque ego passa forem! uixisti munere nostro,
 nunc merito moriere tuo. cape praemia facti
 bisque datam, primum partu, mox stipite raptio
 505 redde animam uel me fraternis adde sepulcris.
 et cupio et nequeo. quid agam? modo uulnera fratrum
 ante oculos mihi sunt et tantae caedis imago,
 nunc animum pietas maternaque nomina frangunt.
 me miseram! male uincetis, sed uincite, fratres,
 510 dummodo quae dederò uobis solacia uosque
 ipsa sequar». dixit dextraque auersa trementi
 funereum torrem medios coniecit in ignes.
 aut dedit aut uisus gemitus est ipse dedisse
 stipes et inuitis correptus ab ignibus arsit.
 515 Inscius atque absens flamma Meleagros ab illa
 uritur et caecis torreri uiscera sentit

494. ipse (S)N F^{ac}L 499. iura: uota M^{2m}U P 500. bis mensum (et
 Priscianus VII 77): menses bis U¹ P: mensum bis U^{4c} φ 511. aduersa N
 B^{ac} 513. ipse Bentley: ille Ω

Ma voi, anime dei miei fratelli, ombre recenti,
 non trascurate il mio rito e accogliete quest'offerta
 490 così grande, malo frutto del mio grembo.
 Ahimè, cosa sto facendo! Perdonate, fratelli: sono una madre!
 La mano non ce la fa! Lui merita la morte,
 lo ammetto: ma mi angoscia chi gliela deve dare.
 E dunque resterà impunito, e vivo e vincitore e, anzi,
 495 tronfio di quel successo, diventerà re di Calidone,
 mentre voi giacerete, pugno di cenere, gelide ombre?
 Non potrò sopportarlo. Muoia lo scellerato, e tragga
 con sé in rovina le speranze del padre, il regno, la patria!
 Ma dov'è il cuore di madre? Dove la bontà
 500 del genitore? E il peso della gravidanza di nove mesi?
 O se tu fossi riarso appena nato al fuoco di allora,
 e io l'avessi permesso! Sei vissuto per mia intercessione
 ora morrai per tua colpa! Prendi il premio di ciò che hai fatto
 e rendimi la vita che ti ho dato due volte – col parto e togliendo
 505 il tizzone –, oppure spedisci anche me nella tomba insieme
 ai fratelli! Voglio e non voglio. Che fare? Ora ho davanti
 agli occhi le ferite dei fratelli, l'immagine dell'orribile strage,
 ora l'amore e il nome di madre mi spezzano il cuore.
 Me infelice! Vincerete male, fratelli, ma vincerete,
 510 purché io stessa segua voi e colui che vi offro
 spiando». Disse, e con mano tremante, girandosi altrove,
 gettò il tizzone di morte in mezzo al fuoco.
 Il legno emise un gemito, o sembrò farlo, <
 e subito avvolto dalle fiamme, pur riluttanti, tutto bruciò.
 515 Ignaro, lontano da quelle fiamme, Meleagro <
 tuttavia ne arde, da un fuoco misterioso sente le viscere

ignibus ac magnos superat uirtute dolores.
 quod tamen ignauo cadat et sine sanguine leto
 maeret et Ancaei felicia uulnera dicit
 520 grandaeuumque patrem fratresque piasque sorores
 cum gemitu sociamque tori uocat ore supremo,
 forsitan et matrem. crescunt ignisque dolorque
 languescuntque iterum; simul est extinctus uterque,
 inque leues abiit paulatim spiritus auras
 525 paulatim cana prunam uelante fauilla.
 Alta iacet Calydon: lugent iuuenesque senesque,
 uulgiusque proceresque gemunt, scissaeque capillos
 planguntur matres Calydonides Eueninae.
 puluere canitiem genitor uultusque seniles
 530 foedat humi fusus spatiosumque increpat aeuum;
 nam de matre manus diri sibi conscia facti
 exegit poenas acto per uiscera ferro.
 non, mihi si centum deus ora sonantia linguis
 ingeniumque capax totumque Helicon a dedisset,
 535 tristia persequerem miserarum uota sororum.
 immemores decoris liuentia pectora tundunt
 dumque manet corpus, corpus refouentque fouentque.
 oscula dant ipsi, posito dant oscula lecto;

530-46. MN(S)U BFG³LP

517. ac: at P (Heinsius): et U 518. sanguine: uulnere U P 522. ignisque:
 ignesque N B: gemitusque (S) 525. om. U^{ac} P, del. Heinsius 527. uul-
 gusque: et uulgius FGL: uulgiusque et (U^{ac}) φ 528. planguntur F^{ac} (cf. V 675,
 XI 75): plangunt L: plangunt hunc M B: plangunt se U^{ac} F^{3c}P: plangunt ora simul
 N^{2c}U^{4c} φ: plangebant (S) G | Eueninae: euenin(a)e uel -(a)e (M¹)(S) GL^c: (o)eneus
 atque M^m BF^{2c}: oeneu N^c: he(u) heu U P post 529 def. G usque ad X 429;
 530-46 add. G³ in folio postea insuto 531. nam mater manibus φ 533.
 lingue M^{ac}(N^{ac}) 535. uota: dicta N¹U^c: fata uel facta lw δ (cf. XIV 745) fort.
 uerba (cf. XIV 744) 536. liuentia: plang- N¹: lug- U 537. corpus² om.
 M^{ac}: tangunt N¹

bruciare, con coraggio sopporta il lancinante dolore.
 Di cadere d'una morte vigliacca e senza versare una goccia di sangue
 molto si duole e dice fortunate le ferite di Anceo,
 520 e invoca, con le ultime parole, il vecchio padre,
 i fratelli, le pie sorelle, la sposa e, forse,
 persino la madre. Crescono il fuoco e il dolore,
 poi decrescono insieme: insieme muoiono entrambi.
 Lo spirito vitale si disperde pian piano per l'aria lieve,
 525 pian piano la cenere imbianca velando la brace.
 Prostrata è l'erta Calidone: piangono giovani e vecchi,
 gemono popolo e nobili, le matrone d'Eveno
 calidonio si strappano i capelli, si battono il petto.
 Il padre, steso a terra, imbratta la canizie e il vecchio
 530 volto con la polvere, maledice d'aver troppo vissuto.
 La madre, infatti, ha già pagato il fio del suo orrendo
 delitto conficcandosi una spada nel ventre.
 Neppure se il dio m'avesse dato cento lingue risuonanti
 e un ingegno all'altezza e l'intero Elicona,
 535 potrei riferire le tristi parole delle infelici sorelle.
 Dimentiche d'ogni decoro si battono il petto illividito,
 e, finché ancora c'è il corpo, il corpo scaldano ancora
 e ancora, e danno baci a lui, danno baci al catafalco.

post cinerem cineres haustos ad pectora pressant
 540 adfusaeque iacent tumulo signataque saxo
 nomina complexae lacrimas in nomina fundunt.
 quas Porthaoniae tandem Latonia clade
 exsatiata domus praeter Gorgenque nurumque
 nobilis Alcmenae natis in corpore pennis
 545 alleuat et longas per brachia porrigit alas
 corneaque ora facit uersasque per aera mittit.

Interea Theseus sociati parte laboris
 functus Erectheas Tritonidos ibat ad arces.
 clausit iter fecitque moras Achelous eunti
 550 imbre tumens. «succede meis» ait, «inclite, tectis,
 Cecropide, nec te committe rapacibus undis.
 ferre trabes solidas obliquaque uolueres magno
 murmure saxa solent. uidi contermina ripae
 cum gregibus stabula alta trahi, nec fortibus illic
 555 profuit armentis nec equis uelocibus esse.
 multa quoque hic torrens niuibus de monte solutis
 corpora turbineo iuuenalia culmine mersit.
 tutior est requies, solito dum flumina currant
 limite, dum tenues capiat suos alueus undas.»
 560 adnuit Aegides «utor»que, «Acheloe, domoque
 consilioque tuo» respondit, et usus utroque est.

Pumice multicauo nec leuibus atria tofis
 structa subit; molli tellus erat umida musco,

547-96. MN(S)U BFLP

539. *pressant* Σ: *uersant* Δ G³ 540-1. *saxa/nomine* d χ 541. *in nomina:*
in nomine φ 542. *Porthaoniae* Slater coll. Heinsii nota ad loc. (541) ap.
 Burman, cf. IX 12: *parthaoni(a)e* (M^{ac})(N^{ac}): *post aoni(a)e* M^{2c}N^c B: *post*
oeni(a)e Ω 544. *Alcmenae: alibe(a)e* (S) F^{ac}L (cf. 446 supra) 553. *solet*
 MN | *contraria* (M^{ac})(N^{ac})(S) 557. *culmine* MN BFL: *uertice* (S)U P: *flumine*
 post Heinsium Riese 559. *capiat* B^c: -tat MN B^{ac}FL: -tet U P 560. *utarque*
 φ (Heinsius)

Dopo la cremazione, si premono al petto manciate
 540 di cenere, si abbandonano a lungo sulla tomba, avvinte
 alla lapide col nome, sul nome lacrime spargendo.
 La figlia di Latona, sazia alfine di vedere annientata
 (tranne Gorge e la nuora della nobile Alcmena)
 la casa di Portaone, fa spuntare piume sui loro corpi
 545 e le solleva, lungo le braccia affusolate pone le ali,
 rende cornee le bocche, così mutate le manda nel cielo.

Teseo frattanto, presa parte alla spedizione, muoveva <
 alla volta della rocca eretteide della dea del Tritone.
 Gli sbarra la strada, e lo costringe a fermarsi, l'Acheloo <
 550 rigonfio di pioggia. «Entra nella mia casa» dice, «o insigne
 discendente di Cecrope, non affrontare la rapinosa corrente!
 Suole portar via solidi tronchi e far rotolare con grande frastuono
 massi inclinati. Ho visto spazzar via grandi stalle
 vicine alle rive con tutto il bestiame: agli armenti
 555 allora non giovò esser forti, né ai cavalli esser veloci.
 Pure i corpi di molti giovani scendendo dal monte,
 sciolte le nevi, la corrente inghiottì nei suoi gorghi profondi.
 È meglio sostare finché le acque non scorrano
 entro i limiti consueti e l'alveo non accolga onde più miti.»
 560 Il figlio di Egeo annui: «Userò la tua casa» rispose,
 «e il tuo consiglio, o Acheloo», e li usò entrambi.

Entrò in un atrio dai muri di pomice porosa <
 e ruvido tufo, il pavimento umido di molle muschio,

summa lacunabant alterno murice conchae.
 565 iamque duas lucis partes Hyperione menso
 discubueret toris Theseus comitesque laborum:
 hac Ixionides, illa Troezenius heros
 parte Lelex, raris iam sparsus tempora canis,
 quosque alios parili fuerat dignatus honore
 570 amnis Acarnanum, laetissimus hospite tanto.
 protinus appositas nudae uestigia nymphae
 instruxere epulis mensas dapibusque remotis
 in gemma posuere merum. tum maximus heros
 aequora prospiciens oculis subiecta «quis» inquit
 575 «ille locus?» digitoque ostendit «et insula nomen
 quod gerat illa doce; quamquam non una uidetur».
 amnis ad haec «non est» inquit «quod cernitis unum;
 quinque iacent terrae: spatium discrimina fallit.
 quoque minus spretae factum mirere Dianae,
 580 Naides hae fuerant, quae cum bis quinque iuuenos
 mactassent rurisque deos ad sacra uocassent,
 immemores nostri festas duxere choreas.
 intumui, quantusque feror cum plurimus umquam
 tantus eram pariterque animis immanis et undis
 585 a siluis siluas et ab aruis arua reuelli,
 cumque loco nymphas memores tum denique nostri
 in freta prouolui. fluctus nosterque marisque
 continuam diduxit humum partesque resoluit
 in totidem, mediis quot cernis Echinadas undis.
 590 ut tamen ipse uides, procul en procul una recessit

564. lacunabant N^{ac}U^{3c} B: lacusnabant Ω 568. raris: paruis U F: pariis P
 569. alios Σ: alii Δ 572. epulas mensis M^{ac}(S)(N^{ac}) 573. gemmas M^cU P | tum: cum Bentley 576. gerat P: -it Ω 577. cernitis MU^{3c}: -mus Ω
 578. spatii ... fallunt U^(c) P 585. reuelli (M^{ac})(S)(N^{ac}) BFL: reuulsi M^cN^cU P
 588. partesque 15 χ: pariterque (ex 584) Ω | resoluit 14 ψ: reuellit (ex 585) Ω (reuulsit χ)

il soffitto, a riquadri, alternava murici a nicchi.
 565 Già Iperione aveva compiuto due parti del giorno,
 Teseo e i compagni di imprese si stesero sui triclini: <
 di qua il figlio di Issione, di là Lelege, eroe di Trezene,
 le tempie già sparse di capelli brizzolati, e poi
 tutti gli Acarnani che il fiume, felice di un ospite
 570 tanto importante, aveva degnato di pari onore.
 Subito ninfe a piedi nudi approntarono le mense
 e servirono il cibo, poi, tolti piatti e vivande, versarono
 il vino in boccali di diamante. Allora il sommo eroe, <
 guardando il mare che si stendeva sotto i suoi occhi,
 575 «Che luogo è quello?» disse e indicò col dito, «Dimmi
 il nome» aggiunse «di quell'isola, che pur non sembra una sola».
 «Ciò che vedete» rispose il fiume, «non è un tutt'uno.
 Sono cinque le terre. La prospettiva vieta di distinguerle.
 Perché non ti stupisca di ciò che ha fatto Diana disprezzata,
 580 queste erano delle Naiadi, le quali, immolati
 dieci giovenchi e invitati al rito gli dèi rurali,
 intrecciarono festose danze dimenticandosi di me.
 Mi adirai, e quanto mi gonfio nelle mie massime piene,
 tanto m'accrebbi e, tremendo d'animo e di onde,
 585 strappai le selve alle selve, i campi ai campi, e i luoghi
 e le ninfe, che solo allora di me si sovvennero, insieme
 gettai nel mare. I flutti miei e del mare asportarono
 una parte di terra, dividendola in tante parti quante
 sono le Echinadi, che ora scorgi in mezzo alle onde.
 590 Come però tu stesso vedi, c'è un'isola ch'è rimasta

insula, grata mihi; Perimelen nauita dicit.
 huic ego uirgineum dilectae nomen ademi;
 quod pater Hippodamas aegre tulit inque profundum
 propulit e scopulo periturae corpora natae.
 595 excepi nantemque ferens "o proxima mundi
 regna uagae" dixi "sortite tridentifer undae,
 [in quo desinimus, quot sacri currimus amnes,
 huc ades atque audi placidus, Neptune, precantem.
 huic ego, quam porto, nocui. si mitis et aequus,
 600 si pater Hippodamas, aut si minus impius esset,
 600a debuit illius misereri, ignoscere nobis.
 600b cui quoniam tellus clausa est feritate paterna]
 adfer opem mersaeque, precor, feritate paterna
 da, Neptune, locum uel sit locus ipsa licebit".
 [hunc quoque complectar". mouit caput aequoreus rex
 concussitque suis omnes adsensibus undas.
 605 extimuit nymphe, nabat tamen; ipse natantis
 pectora tangebam trepido salientia motu.
 dumque ea contrecto, totum durescere sensi
 corpus et inductis condi praecordia terris.]
 dum loquor, amplexa est artus noua terra natantes
 610 et grauis increuit mutatis insula membris».

597-631. MN(S)U BF³LP

594. *pariturae* χ (Heinsius) 595. *mundi* Δ BFL: *terr(a)e* M^{2m}U^{2v} P 597-
 633. scripsit in ras. F³ (saec. XII/XIII, ut uid.) 597-600b. habent N^{4m}
 B^{ac}F³P^{2m} q; om. M(S)N^{ac} B^{2c}(F^m)LP^{ac} hos uersus (sicut 603-8 infra) ut genuinos
 def. Hollis; ad alteram quandam recensionem ipsius poetae pertinere sibi
 persuaserunt plerique; deleuit Magnus 597. *in quem deferimur* χ (Heinsius)
 | *quot* Burman: *quo* Ω 598. *precantem: benigne* F³: *uocantem* χ 599. *si*
 BP^c: *sis* Ω 600a. *ignoscere: et parcere* N^{2c} χ 600b. ante Magnus deleuerat
 Heinsius | *quoniam* Bothe: *quondam* Ω | *clausa est tellus* P 602. *ipsa: illa*
 q 603-8. testes ut 597-600b supra: deleuit idem Magnus (aut 605-8 aut 609-
 10 tollendos putauerat Heinsius) 603. *hunc* q: *banc* Ω 605. *ipse natantis:*
ipsa; tenebam B 608. *inducta ... terra* N^{2c} P^{2c} l₅ χ

più lontana, sì, laggiù, a me cara: Perimele la chiama
 il marinaio. A costei, che amavo, tolsi la verginità.
 Ciò mal sopportò suo padre Ippodamante, e buttò
 giù da uno scoglio la figlia in mare, perché morisse.
 595 L'afferrai e sostenendola mentre nuotava "O signore del tridente"
 dissi, "che hai avuto in sorte il secondo regno dell'onda girovaga,
 [nel quale sfociamo, nel quale corriamo noi fiumi sacri,
 qui vieni e ascolta benigno, Nettuno, la mia preghiera.
 A costei che sorreggo io ho fatto del male. Se suo padre
 600 Ippodamante fosse stato buono e giusto, o meno empio,
 600a avrebbe dovuto aver pietà di lei e perdonare me.
 600b Dato che a lei la terra è vietata dalla crudeltà paterna,]
 soccorrimi, ti prego, e a costei che annega a causa di un padre
 crudele concedi, Nettuno, un luogo, o sia un luogo essa stessa".
 [Anche così continuerò ad abbracciarlo". Scosse
 il capo il re del mare, con l'assenso sconvolse le onde.
 605 S'impaurì la ninfa, ma continuò a nuotare.
 Io le toccavo il petto che palpitava con trepido ansare.
 E mentre la tocco, sento tutto il corpo indurirsi,
 il petto fasciarsi di terra].
 Sto ancora parlando, che nuova terra l'avvolge
 610 mentre nuotava, mutando il suo corpo in isola greve.»

Amnis ab his tacuit. factum mirabile cunctos
 mouerat; inridet credentes, utque deorum
 spreto erat mentisque ferox, Ixione natus:
 «ficta refers nimiumque putas, Acheloe, potentes
 615 esse deos» dixit, «si dant adimuntque figuras». <
 obstipuere omnes nec talia dicta probarunt,
 ante omnesque Lelex animo maturus et aevo
 sic ait: «immensa est finemque potentia caeli
 non habet et quidquid superi uoluere peractum est.
 620 quoque minus dubites, tiliæ contermina quercus
 collibus est Phrygiis, medio circumdata muro.
 ipse locum uidi, nam me Pelopeia Pittheus
 misit in arua suo quondam regnata parenti
 haud procul hinc stagnum est, tellus habitabilis olim,
 625 nunc celebres mergis fulicisque palustribus undae.
 Iuppiter huc specie mortali cumque parente
 uenit Atlantiades positus caducifer alis.
 mille domos adiere locum requiemque petentes,
 mille domos clausere serae. tamen una recepit,
 630 parua quidem stipulis et canna tecta palustri,
 sed pia Baucis anus parilique aetate Philemon
